# Оссолінські колекції.

**CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.**

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

DZIAŁ (OPYS) II

424. Papiery rodzinno-majątkowe Mikołaja Makowieckiego. 1760-1793.

***STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE***

Mattowiecki

# Actum Cameneci in Terminis Terrestribus Palatinatûs Podoliæ Feriâ Quintâ post Dominicam Invocavit Quadragesimalem proximâ, Annô Domini Millesimô, Septingentesimô Sexagesimô.

In Causa et Actione infrascripta Judiciaria Coram praesenti Terrestri Palatinatus Podoliae Judicio mota et agitata idq inter Instigatorem Judicii sui ejusq Delatos Relictam et Successores olim Magnifici Francisci Makowiecki Subdapifer Livoniae Actores ab una, Generosum Benedictum Szuwalski Adcitatum parte ab altera vigore infrascriptae Adcitationis, ex parte infrascripta Actorea Contra inferius nominatam Partem Citatam, et per Ministerialem Regni Generalem Providum Theodorum Podrzynski Authenticatum Juratum in Bona villae Szmankowczyki Curiamq Citati ibidem sitam importatae, ac per eundem Ministerialem Coram Actis praesentis Camenecii in Positione Judiciaria Actorum Terrestrium Palatinatus Podoliae Feria Quinta post Dominicam Sexagesimae proxima Anno currenti Millesimo

Septingentesimo

Septingentesimo Sexagesimo in Actu Relationis Recognitae Tenoris Sequentis Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae ettc. Vobis Gnsis Joanni Casimiro et Annae Genore Antonii Wlodek Consorti Borkowskim, olim Magnificorum Nicolai Borkowski Thesaurarii Nurensis et Victoriae Szczepanowska Bonorum villae Strmankowce Zyli Certae sortis Haereditariae Consortis Conjugum Filiis Fratribus inter vos Germanis, atq Magnifico Benedicto Buwalski Pincernae Inscriptionari praedictorum Bonorum Strmankowce Zyl. Certae Sortis praesentaneo Possessori De Causa infrascripta Bonisq vestris generaliter omnibus mandamus Ut coram Judicio nostro Terrestri Camenecensi Podoliae in Terminis Terrestribus Palatinatus Ejusdem Feria Quinta justa Legitimam eorundem Cadentiam proximi Celebrandis proximis personaliter peremptorieq Compareatis Ad Instantiam Instigatoris Judicii nostri eiusq Delati Mgcae Mariannae Borkowska Suprascriptorum olim Mgcorum Borkowski Thesaurarii Nurensis et Victoriae Szczepanowska Conjugum Filiae Sororis vestrae olim viro Mgci Francisci Xaverii Malowiecki Subdapiferi Livoniae Consortis Relictae Viduae Matris Aegidii et Catharinae Malowieckich minorennium cum Suprascripto olim Mgco Malowiecki Filii et Filiae procreatorum Fratris et Sororis inter se germanorum Actorum Quin cum Assistentia ab utrinq de Jure incumbenti debita et requisita seu quem vestrum onus praesens Actionis magis

Assit

satorum Damnorum et litis expensarum pergibus rectis in instanti sub poena Banitionis perpetuae adinvenit et decernit quam Banitionis perpetuae poenam eanunc super eadem Parte Citta Jurevicta ac Bonis ejus generaliter omnibus sententiat, eandemq Partem Cittam Jurevictam perpetuo Banitam esse declarat atq ad publicand eamq Banitionis perpetuae poenam Ministerialem Regni Generalem Providum Theodorum Podlyrski Authenticatum Juratum Judicii sui apparitorem addit et deputat. Qui quidem Ministerialis ad praemissa exequenda additus et deputatus e loco publicationum reditum dicens, munusq Deputationis suae reddens ac restituens praesentiq coram Judicio personaliter stans in vim suae veriae ac fidelis Relationis palam publice liberoq ac pro ex presum recognovit praefatam Banitionis perpetuae poenam modo altius expresso super eaq Parte Citta Jurevicta ad affectationem Partis Actoreae Jurevincentis obtentam hic Camenecii in Praetorio Civitatis praesente in frequentia plurima nobilitatis ac variae Conditionis hominum ad Judicia pro Congregatis alta sua et clara et Sonora voce publicasse proclamasseq ad notitiam omnium ut Juris et moris est debite et sufficienter dedisse De quo hanc suam fecit Relationem Proinde Judicium praesens Terrestre Palatinatus Podoliae attentis praemissis Causam hanc cum toto ejus effectu ac Partibus ipsis pro facienda et debito Juris ordine de Bonis Partis Citatae Jurevictae peragenda Executione remisit praesentibusq remittit Quam Executionem seu potius Bonorum Traditionem Gnsi Camerarii Terrestres Podoliae per se aut Illustres eorum Locumtenentes Camenecenses seu Capnicens. ad quos etiam Causa praesens pro Executione remittitur, per se aut Officia sua competentia ubpote Generosos Vicegerentes vel Burgrabios aut Subdelegatos Juratos cujus vel quorum Jurisdictioni

Par

ad N. 1791

Pars Citata Jurevicta cum Bonis suis vel eres ad primam Partis Actoreae Jurevincentis Requisitionem Condemnationis praesentis Exhibitionem peragent vel perages Bona Processui obnoxia non obstantibus quibusvis impugnationibus Jurium quorumvis oppositionibus Tradent et dimittent vel trades et dimittes Condemnationis praesentis seu Decreti Contumacialis Vigore.

Legi cum acto wyprzysiężeni

Ex Instantia Mcia Marianna de Borkowskie Makowiecka Relictae Viduae ac aliorum supra Grsis Joanne et Casimiro Borkowskie Fratribus ac alijs in Lucro ultimarie obtenta.

Lub M

Condemnatio

Camenec Pod. in Terris Terrestribus Actis Ejusdem Año Dni 1760

Makowiecki 2

Actum in Castro Camenecensi Podoliae Sabbathô post Festum Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae proximô Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô Quartô.

Ad Offm Actaq praesentia Castr Capitt Cam Pod. Personaliter Veniens Magnifica Marianna de Borkowskie olim Mgcorum Nicolai Borkowski et Victoriae Szczepanowska Conjugum Filia olim vero Mgci Francisci Xaverij binominis Makowiecki Subdapiferi Livoniae Consors Relicta Vidua, quamprimum Acta praesentia adire valuerit infrascriptorumq Noticiam habere valuerit illico Subveniendo integritati Substantiae Suae, Solenniter in et Contra Mgcum Joannem Borkowski Fratrem Sui germanum Eodem Coram Officio et Actis Questa et Manifestata est in Eo. Quia Ipse non habita ad id a Se Mgca Manifestante Speciali Plenipotentia sine Scitu et Consensu Modernae querulantis Ausus est Nomine Suae Manifestans cum Mgco Antonio Szczepanowski Respectu quarundam praetensionum Legalium sive Illegalium Compromissum inscribere. Quare Eadem Mgca Manifestans providendo Integritati Substantiae Suae, ne Exinde aliquam patiatur jacturam de diligentia Sui tum de nullitate Ejusdem Inscriptionis Compromissorialis absq Consensu et Noticia Manifestans factae iterum quam Solennissime Queritur et Manifestatur.

Ex Actt Castt Capitt
Camen Pod. Extradictt
Correxit Rasiewicz

Legi cum Actt Pawłowski

ad N. 1791.

Mgca Marianna de Borkowskie Makowiecka Subdapifera Lüens Contra Mgcum Joannem Borkowski de Nullitate Inscriptionis Compromissorialis

Manifestatur.

Lubo

In Cro Camli Podl. A. Dni

1784

De Nullitate Inscriptionis Compromissorialis Inter Mi Borkowski et Stepano Sikorski..

affuit Citant seu potius ad paratam Causam et Actionem parata Decreta Judicii Sui pleni et Condensure Remissionis paratas Condemnationes ex in negotio obtentas totumq et integrum Processum Adcitant ad videndum audiendum attentandumq Vos ad Comportationem Munimentorum omnium, tum Scriptorum membranarum Capitulationis ab Illustrissimo Principe Lubomirski Capitaneo Olsztinensi olim Mgro Parenti vestri Servientium ac aliorum quorumvis Massam Substantiae Borkowiance Paternae et Szczepanowiance maternae enucleantium, tum rerum mobilium equorum, equireae, pecorum, pecudum, auri, argenti, et aliarum rerum fatis olim Mgrorum Parentum derelicta. prævio Corporali Juramento per vos præstando stringi, ex Comportatisq Documentis Constituta Massa Substantiae ex Paterna Dotem Competentem una cum provisione, ex materna vero immobili Sortem in Bonis villae Szmarkowszyzki prævio faciendo Calculo de perceptis proventibus per vos indebite perceptis à fatis olim Mgnificorum Parentum sibi Actoribus adjudicari et exdividi, restitutionem rerum fatis prædictorum Mgrorum Parentum derelicta demandari, aut dilapidatarum sive deterioratarum exsolutionem debiti valoris injungi, pro Contraventione Decretorum Judicii Sui pœnis Obnoxios declarari, tum in Sublationem Condemnationum totiusq Processus Legaliter super vobis producti secundum pœnas irrogari. in Damnis et litis expensis Condemnari, Cæteraq pro Causæ præsentis exigentia Contra vos decerni Statui et

Sententiari

Sententiam Citamini igitur et Adcitamini Sitis Termino par
tum et eundem Judicialiter attentaturi. Datum Camenecii Po
doliæ Feria Secunda post Festum Purificationis Bea
tissimæ Virginis Mariæ proxima Anno Domini Mille
simo Septingentesimo Sexagesimo Præmissa omnia in
se Complectentis. Quo in Termino ex Suprascripta Adci
tatione Legitimè in Diem hodiernam modernamq Judi
ciorum præsentium Cadentium Incidenti et devenienti Par
tibus et quidem Relictæ ac Successoribus olim Mag^ci
Francisci Makowiecki Subdapiferi Livoniæ Actoribus
per Mgcam Mariannam Makowiecka Matrem Suo
et Pupillorum nomine personaliter. Generoso Benedicto
Szuwalski Adcitato per Generosum Antonium Ra
dwanski Judicium Terrestre Palatinatus Podoliæ cum
Comparente Causam suspendit Judicandam Super vero
Generosis Borkowskie Fratribus et Utoski Conjugi
bus Disparentibus Condemnationem obtinere permisit
Prout Instigator Judicii præsentis et Supradicta Pars
Actorea Superius nominatam Partem Citam ad Judi
cium præsens Terrestre Palatinatus Podoliæ Termi
nosq Terris Camenecensi per Ministerium Regni Generosum Pro
videm Theodorum Podoszynski Authenticatis Juratum
Judicii Sui Apparitorem Ter et ultra Juxta Juris Com
munis formam vicibus quatuor vocatis nec tamen per se
nec per suum quempiam Plenipotentem Comparentem
quinimo se Condemnare permittentem, videlicet appreba
to anteriori Processu in Locum ultimariæ fortis senatus

ac

ac indilate faciendae Executionis seu potius Bonorum Traditionis quam nemo imitare audebit In negotio vero principali in Luero Compostationis munimentorum omnium tum Scriptorum membranarum Capitulationis ab Illustrissimo Principe Lubomirski Capitaneo Olsztinensi olim Mgcu Borkowski Servientium ac aliorum quorumvis Massam Substantiae Borkovianae Paternae et Bezspanovianae Maternae enucleantium tum rerum mobilium, equorum equirea, pecorum pecudum auri argenti, et aliorum rerum fatis olim Mgcorum Borkowskich Parentum derelictis idq praevio Corporali Juramento. Nihilominus in Luero ex Compostatis Documentis constituta Massa Substantiae ex Paterna Dotis Competentis, una cum provisione ex materna vero immobili Sortis in Bonis villae Szmankowczyki praevio faciendo Calculo de perceptis proventibus indebite perceptis a fatis Mgcorum Parentum sibi Actis adjudicationis et exdivisionis, necnon in Luero restitutionis rerum fatis suprascriptorum Mgcorum Borkowskich Parentum derelictis aut in Casu dilapidatarum sive deterioratarum debiti valoris exsolutionis, atq in Luero in ratione Contraventionis Decretis in poena Banitionis, tum quoq in Luero in Sublationem Condemnationum, totiusq Processus Legitime obtenti, refusionisq Causatorum Damnorum et litis expensarum pro quibus reus est ininstanti sub poena Banitionis eorundem decernenda, additioneq Mortis ad publicandum et Remissione Causae pro Executione ex ordine Registri

Judicij

Judicij praesenti admissione juxta suprascriptam Aditatio
nem Judicialiter Condemnatis praemium cuius Lucri seu
Condemnationis modo praemisso super Parte Citta praesen
ta non Comparente ad affectationem Partis Actoreae
praevenientis obtenta, Judicium praesens Terrestre Castre
Podoliae Legi communi quidemq Partis Actoreae le
gitimae affectationi annuendo contentisq praeinsertae
Aditationis adhaerendo, Approbato anteriori Praepe
Lucrum ultimariae fortis finalis ac in dilate faciendae
Executionis seu potius Bonorum Traditionis quam
nemo impugnare aut quovis modo imitare audebit
sub poena Banitionis In negotio vero principali
Lucrum Comportationis munimentorum omnium
Massam Substantiae Borkovianae Paternae et Ste
panovianae Maternae enucleantium, tum rerum mo
bilium equorum equireae pecorum pecudum auri
argenti et aliarum rerum fatis olim Magnorum Pa
rentum derelictarum idq praevio Corporali Juramen
to Nihilominus Lucrum ex Comportatis Documentis
Constitutae Massa Substantiae ex Paterna Dotis Compe
tentis una cum provisione, ex materna vero immobi
li Sortis in Bonis villa Strzembowczyki praevio
faciendo Calculo sibi Actis adjudicationis et extradino
nis nec non Lucrum restitutionis rerum fatis olim
Magnorum Borkowskich Parentum derelictis aut in Casu
earundem dilapidatarum sive deterioratarum debiti valo
ris Solutionis, ratione vero Contraventionis Decretis per
petuam Banitt aliq Lucrum in Sublationem Praepos
tegaliter perducti, tum quoq Lucrum refusionis Cau

zatorum

Makowiecki 6

Copia Tabularis

Ex Libro Con: novor: ~~4~~ 60 p: 243. depromta in Lib: A: 90 p: 295 N^ro^ 30 Oner: praesent: N^rus^ Ex: 3472. Praesent: 16 febr: 1793.

Ex off.

<u>Extractus</u>

Actum in Castro Trembovliensi Sabbato post diem Cinerum proximo Anno Domini 1729. M^a^ Josepha de Bołymie Makowiecka olim M^si^ Francisci de eadem Bołymia Makowiecki Capitanei Trembovliensis filia, olim vero M^si^ Raphaelis Casimiri binominis Makowiecki Neptis, olim vero M^si^ Nicolai Makowiecki Castel. lani Haliciensis et Cristinae Gołuchowska Conjugum Proneptis M^si^ vero Michaëlis Sołtyk venatoris Sandomiriensis Consors legitima in assistentia ejusdem M^si^ Mariti sui uti tutoris conjugatis sana recedendo recognovit, quia ipsa Bona sua propria et hereditaria videlicet sortes certas in Bonis villarum Czesniki Łozow Daniłcze in Palatinatu Russiae Terra Haliciensi nec non Tyszarow in Terra Premisliensi et Czarnocin in Palatinatu Sandomiriensi sitis et jacentibus existentes se recognoscentem erga alias Consanguineas post olim M^sum^ Andream Gołuchowski Vexilliferum Podoliae concernentes cum omni eorundem Bonorum seu Sortium jure, Dominio, Proprietate, Propinquitate, Tituloque hereditario, Aquis, Pratis, Campis, Silvis, Tenisiniis, Curiis, Armentis, Subditis emethonibus hortulanis inquilinis utilitatibus Commodisque et emolumentis attinentiis et pertinentiis generaliter universis nullis penitus exceptis, nec pro se suisque Successoribus aut quopiam alio ex praemissis quidquam reservando seu excipiendo, verum ita late longe circumferenti aliterque prout se hoc eadem Bona seu Sortes pro allegata in suis Metis et Limitibus extendunt suntque ab aliis vicinis distincta et delimitata et prout se recognoscentem jure et titulo praemisso spectabant et concernebant illasque tenere, habere, et possidere debuerant, ita ex nunc et de facto M^sco^ Michaëli Swirski et Evae Wojakowska Conjugibus

Tribunis Leopol: illorq Successoribus dat, donat, inscribit, et resignat perpetuo in evum, modo puro, vero, ac revocabilis Donationis Titulo Bona eadem praesentibus donata et resignata, tenendi, habendi et possidendi, obligandi, dandi, resignandi illisq pro bene placito suo suorq Successorum Usu libere convertendi, in quo quidem Bona seu Sortes praesentes donata data et resignata Intromissionem eandem admittit illamq non impediet idq sub Damnis terrestribus simpliciter et absq corporali juramento taxandis, proterea, mediante quo supra recessa eadem Mfica recognoscens Amicum de Linea sua paterna proximiorem ad approbandam presentem Inscriptionem donatoriam protendamq ipsi de jure requisitam Assistentiam intra decursum sex Septimanar ad Acta praesentia sivi Castrentia Leopoliens: statuet et ut promissa exequatur efficiet, interea vero antequam statuerit et ut promissa exequatur effecerit generaliter tuebitur et evincet sub similibus evictivis damnis terrestribus, pro quibus Forum Officij Castrensis Leopoliens: sibi ad respondendum assignat, Recognitionis presentis Vigore ex Protocolo Inscriptionum Actor Castrensium Trembovlienș: Wo Consig. 51. p: 472 extraditum. Antonius Zoletycki Actor Regens Col: per Fedorowicz L: S: intabuletur Decretum in Consilio Cos: Reg: Leopoli Die 16. Maij 1797 de Koll.

Ko p Konycki[?] Et Jaworski

8 16 Okr 1802
№ 24194.

3069

13

Tug 15 hn bezahlt am 21ten 7br 802

Witte...

pr. 1.

Makowiecki

7

Excelsum in Regnis Galliciae et Lodomeriae Fori Nobilium Judicium.

Magnus Thomas Nartowski Domicilium tam ~~an~~ ante, quam et Post Reindicationem Regnor Galliciae et Lodomeriae hisce in Oris habens, documenta Infrascripta ~~[illegible]~~. Annuendo Benigne Resolutioni Excelsi Fori Nobill de dato 4. Febr 1784 Anno Emanata ad impleto defectu iter humillime porrigit videlt. sub

Litt A. Contractum Certum Resignatorium Inter se Supplicantem ab una et Mum Gasparum Szczepanowski parte ab altera respectu Sortis in Bonis Villae Szmankowczyki sitae. Trembowliae Die 26. Martij 1783tio Initum.

Litt Bb. Donationem in Rem Supplicantis per Mum Gasparum Szczepanowski sup. Eand Sortem, Trembowliae. Die 26 Martij 1783tio Anno Recognitam.

Litt C. Quietationem de Pretio suprascriptae Sortis in Bonis Villae Szmankowczyki sitae Constituto nempe de Summa 9000 fp. Trembowliae d 26. Martij 1783. Ao per Mum Gasparum Szczepanowski in Rem Supplicantis Subsecutam.

Litt D. Relationem Mialis ex Officiosa Requisitione Supplicantis ad Pattactam Sortem Szczepanovianam accepta Intromissionis Coram Actis Castr Trembowliensibus Sabbo ante Festum Divisionis Sanctor Apostolor pro Post: die 12 July Ao Dni 1783. Recognitam.

Litt E. Contractum Resignatorium Inter se ab una, et Magnam Mariannam de Borkowskie Makowiecka Relictam Viduam parte ab Altera Respectu Certar Sortium in Bonis Villae Szmankowczyki sitar. In Czortkow d 5ta Maji 1783. Ao Initum

Litt F. Donationem in Rem Supplicantis per Eand Magnam Makowiecka super Eard Sortes In Czortkow d 5. Maj 1783. Ao Recognitam.

Litt G. Quietationem de Pretio dictar Sortium in Bonis Villae Szmankowczyki sitar Constituto nempe de Summa 1800. fp: In Czortkow d 5. Maj 1783 Ao per Eand Rentem subsecutam

Litt H. Relationem Mlis ex Requisitione Supplicantis ad supra-Exaratas Sortes Borkowskianas accepta Intromissionis Coram Actis Castr Trembowlens: Sabbo ante Festum Divisionis SS. Apostolor pro, Post. d 12 Mens July 1783. Ao Recognitam.

Litt J. Reversale manu Supplicantis et Impetrator Amicor subscriptum, Domicilium Hisce In Regnis Galliciae et Lodomeriae Supplicantem habere attestans.

Per me Infrascriptum Intabulari Exposcit.

Decretum Condescensoriale ex Actis Castr Cam Podle sub Actu Sbbi In Ocn Fsti S. Mathaei Apli et Evang. A.D: 1755. ad promotionem supra-expressar Hereditll authentice de pmtis Tum Schedae Inter suprascriptas Partes sub Actu Condescensionis In Fundo Bonor Villae Szmankowczyki pro 2da pt Actum Visitationis B. V. Mae A.D: 1755tio. Conscripta sub Literis K. et L. posits Nec non Plenipotentia sub Litera M. Adjunguntur.

Excelsi In Regnis Galliciae et Lodomeriae Fori Nobilium Judicij

Obsequentissimum

Chrysostd Lasiewski

ad num: exhib: 924 ex Junio 1783.

Pr 19 Febr 1784.

3.

No 370.

Mag Thomas Nartowski mediante Plenipotente Gnso Chrisostomo Zaniewski in finem Resolutionis Tabularis de dato 4. mensi et anni currentis emanatae supplet defectum in textu Bonor Szmankowczyki hereditt.

relata 9 Julii 784

facta 5. Augusti 784

P. n: T. 10. p 507. n 1.

Tabulare

Ad

Excelsum Provinciale Nobilium Primae Instantiae Judicium.

Libellus Supplex.

Ex Parte Magi Thomae Nartowski.

Intabulatis Documentis a Lit A. ad Lit J. adnexis.

Grzebski

D. C. ~~Jakowski~~

Chrysostomus Zaniewski

ad Nrum Exhibiti 924

N.º 370 praes: 19 febr. 1789

mod. Thomae Nartowski

p. Ławnowski

ū nobis

Audivit autem ab. c. d. e. f. g. h. i. k.

[illegible] 1789

Reversales Domicilii erga taxas pro quibus exsolvendis Ipse ad Tabulare Taxanum Officium hisce inmiatur ingrossari resolutum est; Jam autem quo attinet reliqua Instrumenta, Cum testante adnexo Conde scensionali Decreto et Divisionali bus Schedis haereditas Sortium in Szmankowszczyzna prore Antonii Szczepanowski et Nicolai atq. Vi ctoriae Borkowskie constitutae, Ca terum autem quo Iure nunc quasi to, aut Successionali ab Illis ad Supplicantis Invidatores dominium translatum sit sufficienter non docetur, Proinde non edocto haereditand Iure Ipsorummet Resignantium Instrumenta quoque acquisitam ab Illis haereditatem eincentes atq. Intromissiones sub D. et H. cum eadem alioquin per competens Forum Tabulis resignata non sint, praenotari in Libris Tabularibus nequeunt, Supplicantique restituuntur. Decretum Leopoli die 9 Iulii 1789

Wonynski

Mandavi Trybalski

ad num: 924 ex Junio
783

D. Stani

335

13208.

Makowiecki 10

Excellsum Forum Nobilium Leopolien!

Cum Mgcus: Stephanus Mar... Dñi recte probaverit, sequentes summas, et quidem

1º Summam 4000. flp per Casimirum Makowiecki Dominicanis Cracovien. Feria 2. ante Festum S.S. Confessoris 1675.

2º Summam 8000. flp per eundem F. 2a ante Festum Praesentationis B. V. M. Anno 1676.

3º Summam 6000. flp per Casimirum Makowiecki Feria 6. post Festum Sollen. S. Pentecostes Anno 1682. Capitulo Cracovien.

4º Summa 5000. flp per eundem Makowiecki Feria et Anno eodem iisdem Paulinis Czestochovien.

5º Suma 1000. flp Feria 2a post Dominicam octavam Anno 1682. per eundem Makowiecki.

6º 2000. flp Feria 6. post Dominicam Cantate 1672. per eundem.

7º Itidem 2000. flp Feria 6. post Festum S. Jacobi 1681. per eundem Ecclesiae Zydanovien. inscripta, omnes super Bonis Zydanow Wysocka hypothecatas et super iisdem Bonis Libro haered. 12. pag. 13. No 2. 3. 4. 10. 11. 12. & 13. praenotatos esse, tamen easdem super Bonis Stryzow cum attinentiis Godowa, Kopie, Lentownia, Gwoźnica, Lutina, Brzezowska atque Zydowice cum Sorte Wysocka suis haered.

Subsre

Sub No 26. 27. 30. 33. 34. 35. et 36. indebite praenotatas esse.

Nec non probavexit ejusd Summa 6000. flp per Ignatium Pietruski Plenipotentem Antonine Stadnicka Die 13. January 1777. Collegio Cracovien Societatis Iesu Super Bonis Wysoka ejusd Stadnicka haereditat praenotata et Super iisd L. Kored 31. pag 91. No 3. praenotata etiam Super Bonis ipsis Stryzow cum attinent No 28. reperiatur.

Item Summa 100. marcarum coram Actis Terrest Zathorien Anno 1545. Academiae Cracovien Super Bonis Wysoka in Ducatu Zathorien reperibilibus Inscripta et in eorund Lib. Kori 31. pag 91. No 11. praenotata etiam Bona Stryzow cum attinen in Palatinatu Sandomirien reperibilibus No 29. praenotata est.

Nec non Summa 120. flp Annuae pensionis Monialibus S. Francisci Cracovien Super Bonis Wysoka in Ducatu Zathorien existentibus Anno 1697. F. 4. ante festum S. Andreae per Severinum Paszkowski inscripta Super ipsis Bonis Lib 31. pag 91. No 6. praenotata etiam Super Bonis Stryzow Sufficandum tandem in Palatinatu Sandomirien Sitis No 31. praenotata.

Denique Summa 6000. flp Conventui Cracovien Monialium S. Francisci Super Bonis Wysoka haerentibus per Rosam Paszkowska F. 2. ante Fest

S. Hyp

S. Agnetis Anno 1750. esse Libro
hered. 31. pag. 91. No. 7. praenotata
etiam ad Bona Stryzow Supplicantis
propria No. 62. extensa.
Harum omnium Summarum ex Bonis
Stryzow cum attinentiis Stephani
Mrzymski haeredum ex adductis
Rationibus Extabulatio conceditur
Supplicantis, Salva, et illaesa illarum
super Bonis Grzybowa Sinadow
Mianiis, et Stadnickianis L. H. 12.
pag. 13. et L. H. 31. pag. 91. praeno
tatione.
Leopoli d. 2. 8bris 789.

[signature]

ad n. Pg: 203 ex Januar. 1787.

p. 15 8bris 1789

1027

Tab.

Excelsum Forum Nobilium Leopoliense

Declaratio

Fisci Regii nomine Fundi Religionis Super Extabulatione Summarum ex Bonis Stryzow cum attinen. Stephani Strzyzewski haereditto.

H. 8. p. 105. n. 2. 3. 6.

H. 50. p. 20. n. 9. 10. 11. et 12.

H. 8. p. 106. n. 4. 5. 7.

H. 50. p. 20. n. 8.

Designatur isthaec Declaratio Fiscalis Registraturae Tabulari pro concernenti Specificatarum Summarum de Bonis duntaxat Stryzow extabulatione.

Decretum in Consilio Caes. Regii Fori Nobilium Leop. die 26. Octobris A. 1789.

Ochmdafft

expi. 11. Novbr. 1789

Cad

Her. 8. pag. 105. n. 1. Extab.

~~Corr. Cap. 8. h. 110~~

~~primi~~

offo

3519

161

30 Cee

4022

H. 8. p. 105. n. 1. Ext.

Retatt. Nov. Tom. 28 pag. 1447.

Jankowski

10/149

Copia simplex

Makowiecki 12

In Causa Mi Joannis Zuralcoffki Actoris contra Mas Gorczaska et Makowiecka citatas respectu Solutionis Summa 2000 fl. Capitis una cum Provisione latum contumaciale Decretum. Caesareo Regium Offm Castr. Tremboolien. Causam Mi Joannis Zuralcoffki Actoris contra Mas Caesaream de Komorowskie Gorczaska et Mariannam de Borkowskie Makowiecka aliosq Citatos in puncto Solutionis Summa 2000 fl. Capitalis, una cum Provisione ac in sublationem Processus, Refusionisq poenal. Litteral. atq compensationis Litis expensar. promotam ad judicandum assumpsit. Quoniam Mus Joannes Zuralcowski Mam Caesaream de Komorowskie Gorczaska Sortium Borkowianar in Szmankowczyki sitarum obligatoriam Possessorem, et Mam Mariannam de Borkowskie Makowiecka itidem Sortium in Bonis Szmankowczyki sitarum Haeredissam pro solutione Summa 2000 fl. per olim Gsum Joannem Borkowski ad Scriptum manuale sub dato 30. 9bris Ao 1762. datum, ad Actaq Castren. Latiroviens. feria 3tia post Dominicam Cantate prima Ao Eod. 1762do oblata porrectum apud Mum Actorem contracta, Suum ad Offm convenit. Pars vero citata post Trinas monitiones, effluxumq Terminum Decreti purgandae morae Contumacia se convincere permittit. Proinde Offm iniungit Quatenus Pars. citata contumaciter victa Actionatam Duor Millium fl. Summam, una cum competenti Provisione Mo Actori solvat, Litisq expensas in Summa 308 fl. per Regestrum reproductas refundat. Luita poena 14 Marcar. Parti et Offo Medietatem earumq solvenda. Datum Tremboolia sub Sessione Judiciaria die 10 Mensis Junii Ao Dni 1782do Andr. Strzemeski Judex Castr. Trembov. Ex Cons. Caes. Reg. Offi Castr. Tremb. Franc. Lipczynski Castr. Tremb. Vsgerus mp. Cob. Kozoffki. Publicat. die 17 Junii Eod. 1782do Ao [L. S.] Intabuletur Decretum in Sessione Caso Regia Commissionis Tabularis Leopoli die 28. 8bris 1783. Andr. Welk Actuarius Praeses Decretum die 30 Xbris 1782 ad Intabulandum porrectum in Lib. nov. Relation. T. 3. p. 338. ingrossatum et in Libro Nov. Praenot. T. 5. p. 465 / N. 1. Protestatum est. Actum Leopoli die 24. 9bris 1783. Ignaz. Haubnecht. C.k. A. C. et A. Tk. [L. S.]

4 o 11. 9bre 1788
d 11. 25669.

Lit. B

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL - CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

**Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.**
**Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.**

**All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.**